

## **Societas Iesv Amatrix, Cultrix, Imitatrix, Christi Crvcifixi**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Antverpiae, 1647**

98. In itinere scipione viatorio, Cruce supernè munito utitur, Socii Indorum  
Apostoli.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55449](#)

## VIII.

## AMATOR CRVCIFIXI.

*In itinere, scipione Viatorio Crucesu-  
perne munito utitur.*

**H**oc fuisse gestamen Apostolorum,  
ut fuit primorum Societatis J E S V  
Patrum ad Indos se conferentium hinc  
collige. In vastissimis Paraquariæ Pro-  
vinciis , quæ sunt in India Occidentali  
tantam ubique inter Barbaros memo-  
riam vestigiaque S. Thomæ Apostoli,  
invenere Patres Societatis J E S V , ut du-  
bitari non possit , Apostolum istic olim  
fuisse. Sed nihil Christianæ religionis  
illic duraverat , præter famam , Aposto-  
lique & vaticinationis ab illo prolatæ  
memoriam.

Prædixerat jam tum , post multa sa-  
cula , Sacerdotes sibi in Apostolico mu-  
nere aliquando successuros , qui eadem ,  
quæ tunc ipse posteros docerent ; qui-  
que , ut ipse , CRVCES manu gestarent .  
Visa in manibus Patrum CRVX , quam  
horum ignari , pro scipione gestabant ,  
& subsequuta Evangelii explicatio , Bar-  
baris fidem fecit , Patres Societatis esse  
eos , quos Apostolus olim venturos pro-  
miserat . Oraculum ipsi à majoribus  
longâ serie acceperant . Nec vanum  
commentum esse creditum fuit , cùm  
per

98.  
SOCII A-  
POSTOLI  
INDORVM.

per disjunctissimas nationes , quas inter  
nec est , nec esse potuit commercium  
ab omnibus idem prorsus vaticinum  
celebraretur.

*Annua Paraquaria 1626. 1627. fol. 109. Im-  
ago primi Seculi Societatis, lib. 1. cap. 2. p. 63.*

## IX.

## AMATOR CRVCIFIXI

*Amator Crucifixi effigiem secum portat,  
& vesperi in diversorio ante illam  
procumbens humili orat, gratias  
agit, meditatur.*

**V**T in omni parte vitæ expressie  
eximium CRVCIFIXI Amatorem  
<sup>99.</sup> Aloysius GONZAGA , ita eundem om-  
nibus absolutissimum numeris exhibuit  
in itinere Romam versus , cùm Mar-  
chionis titulo , fortunisque abdicatis ,  
Societati J E S V adjungere se cogitaret .  
Multæ in hanc rem habet Vitæ Scriptor ,  
istud huic loco est proprium .

Aloysius GONZAGA Italus.

Vesperi in diversorio , quamvis , quod  
asperrima hiems esset , frigore rigeret ,  
numquam tamen se calefaciebat . Sed  
confestim in cubiculum solum se abde-  
bat ; atque ibi deprompta , & ob oculos  
posita CHRISTI CRVCIFIXI imagine ,  
quam secum deferebat , ad ejus pedes  
jacens duas horas continuò cum D<sup>O</sup>  
agebat ,